Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26139
Copyright: Admont, Benediktinerstift

genitale semen infusum non erit acceptum sed irritum resilit. nam
plinius dicit animalia cum acutis unguibus frequenter parere
non posse uciant enim intrinsecus se mouentibus catulus.
pardus sed pantherem e genus uarum ac uelocissimum. et
praeceps ad sanguinem saltu enim ad mortem ruit. Leopardus ex
adultio leenae et pardi nascitur. et tertiam originem efficit. sicut
et plinius innaturali hystoria dicit leonem cum parda. aut pardum
cum leena concumbere et ex utroque coitu de generes partus
creari ut mulus et asinus. Rinoceron agreis uocatus latine
interpretatur in nare cornu. Idem et monoceron. i. unicornis.
eo quod unum cornu in media fronte habeat pedum quatuor.
ita acutum et ualidum ut quicquid inpetierit aut uentilet aut
proiecit nam et cum elefante saepe certamen habet. inuenitque uul
neratum prosternit. Tante autem est fortitudinis ut nulla uenan
tum uirtute capiatur. sed sic asserit qui naturam animalium
scripserit. Virgo puella proponitur quae uenienti sinum aperit.
inquo ille omni ferocitate deposita caput ponit. sicque soporatus
uelut inermis capitur. Elefantum greci a magnitudine corporis
uocatum putant quod formam montis praeferat. grece enim oros
elefio dicitur. Apud indos autem a uoce barrus uocatur. unde et uoc
eius barritus et dentes ebur. rostrum autem proboscida dicitur. quo
illo pabulum ori admouet. et est anguis similis uallo munitus
eburneo. Hos boues lucas dictos a antiquis romanis. boues
quia nullum animal grandius uidebant. lucas. quasi in lucania
illos primus pirrus in proelio obiecit romanis. nam hoc genus
animantis in rebus belicis aptum est. Ineis enim pisis et inde
ligneis turribus collocatis. tanquam de muro iaculis dimicant
intellectu autem et memoria multa uigent. gregatim in
cedunt. motu quo ualent salutant. Murem fugiunt. Auersi